



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. XV. De Visitandis Provincialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

vincialis, additurque sigillatim Cap. 18. Elenchus eorum, de quibus, tum Superiores, tum reliqui omnes interrogandi sunt. Præterea vel addita, vel explicata quæpiam sunt alibi: qualia, ut futuri Superiores erudiantur, periculumque de iis fiat, quàm benè calleant, quæcunque ad nostrum Institutum pertinent: s ut moneatur P. Generalis de iis puniendis, amovendisque, qui deprehensi fuerint negotiis secularibus, etiam cognatorum, sese immiscuisse: & an Collationes casuum conscientiarum peragantur, juxta Regulas, & Decreta. Executionem rerum præscriptarum urgeat, juxta ea, quæ Sectione ultima hujus Partis referuntur; pluribusque locis statuta sunt. *

s Or. c. 1. §. 20.
& Cl. c. 1.

z C. 8. D. 56.
C. 13. D. 17.

* C. 6. D. 37. &
C. 9. D. 26. &
In. 18. & Cl. c.
1. init. & c. 2.

SECTIO XV.

De Visitandis Provincialibus.

Visitandi Provinciales.

y C. 5. D. 33.

I. Licet non placuisset novum aliquod statutum condere super ratione reddenda officii sui à Provincialibus officio defunctis; y tamen jussu Clementis VIII. constitutum est; ut Provinciales visitentur, sive per Visitatorem, sive per Provinciale Successorem; & de suo Officio rationem redd-

reddant: z Tum confecta est instructio ad
juvandam praxim hujus Visitationis. ^a

z C. 5. D. 64.
§. 2.

2. Instructionis autem prædictæ hæc est
summa. Is, cui maximi momenti hæc cura
mandata est, pro viribus annitatur, ut nec
Superiorum existimationi officiat, dum
inferiorum querelis æquo plus tribuit; nec
suo muneri desit, dum in erratis Superio-
rum remissè connivet. ^b

^a Or. c. 9.
Cause, & Per-
sona consulen-
dum.

^b Or. c. 9. §. 1.

3. Capita præcipua, de quibus rationem
exiget, hæc ferme erunt. An visitaverit?
An subditorum querelas audierit? An ra-
tionem conscientiaæ acceperit? De puritate
paupertatis. De admissis, dimissisque. De
informationibus ad gradus. De ære alieno.
De Ministeriis. De institutione ad varia
Societatis munia, & præcipuè religiosam
gubernandi rationem. Quomodo se gesse-
rit cum Consultoribus, Admonitore, &
erga Generalem: & de pecuniis sibi unde-
cunque traditis. ^c

Capita exami-
nanda.

^c Or. c. 9. §. 2.
& c. 18. p. 4. §.
1. & In. temp.
tit. 1. §. 6.

4. Circa praxim observandum, si is, cui
Provincialis sui officii rationem redditurus
est, Visitator fuerit, ex Instructione tum
communi, tum etiam particulari, satis per-
spectam habebit Societatis mentem; & ex
Regulis Provincialis, & ex capitibus supra
positis optimè intelliget circa quæ versari,
& de quibus Generalem monere debeat.

Praxis diversa
pro diversitate
Visitantium.

Si verò fuerit novus Provincialis, utetur iisdem recitatis Informationum capitibus: modus verò procul dubio ab eo, quo Visitator uteretur, omnino diversus esse debet: nam cum nec ab eo Provincialis, qui officio defunctus est, corrigi debeat, nec quæ ab eo statuta sunt, immutari possint; huc tantum spectabit, ut liquidò intelligat, præsertim à Consultoribus Provincialis, in quibus is erraverit: & de iis sincerè Generalem informet; ita tamen ut antea à Provinciali, de quo agitur, accipiat rationem eorum, quæ illi obijciuntur. *d*

d Or. c. 9 §. 3.


C A P U T II.

De Commissariis, seu Visitoribus,

S E C T I O I.

Eorum Dotes, Electio, Cessatio.

Eorum munus.

I.  Uoniam Præpositus Generalis, licet visitare Societatem aliquando possit, tamen ordinariè Romæ Sedem habere debet; *a* dimittit subinde viros primariæ auctoritatis, qui loco sui Provincias obeant (unde & Visitatores appellantur) seu etiam cum

a P. 8. c. 1. §. 7.
& H. & c. 5. §. 6.
1. & Paul. V.
pag. 310.